

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus k
cum uariis

Quia Dominus discipulos et zelo succensos et uerbo eruditos intus reddidit, foras linguis igneas ostendit. In significatione admota sunt elementa ut ignem et sonitum sentirent corpora, igne uero inuisibili et uoce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis qui apparuit, sed intus qui scienciam dedit.

Gregorius libro XXVIII. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

reddidit] reddit P V¹ V² L¹ L²; libro XXVIII. moralium] in moralibus V² L¹ L²